



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

An Jsmaël sit, ac sine injuria appellari potuerit Servus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

dabiliter exercuit. Cum aliquando cum aliis ejusdem & diversæ artis socijs in hospitio liberalius indulgeret genio, potu incalescens, ut sit apud ejusmodi homines, in jurgia prolapsus est cum alio, à quo per contemptum appellatus est servus, ein Slav, ein Leigeigner: quo dictorio velut gravi injuria exa-

cerbatus ad verbera se accinxit, sed ab aliis retractus postero die competentem apud legitimum Judicem sibi pro illata contumelia satisfactionem petijt.

✽ (o) ✽

QUÆSTIO.

An Ismaël sit, ac proin sine injuria appellari potuerit servus?

Videri fors alicui posset, quòd sic; nam certum est in Jure, quòd natus ex ancilla, seu serva propriè dicta, si mater nec tempore conceptionis nec tempore nativitate prolis, nec tempore intermedio fuit libera, licet pater sit ingenuus seu liber, sit conditionis servilis, cum in hoc puncto partus sequatur ventrem juxta receptum brocardicum. *pr. Instit. de ingenuis. l. 5. §. 2. ff. de statu hom. c. fin. de serv. non ordin.* Sed Ismaël natus est ex matre ancilla, quæ nec tempore conceptæ nec tempore natæ prolis, nec intermedio fuit liberæ conditionis; nam infideles à Christianis in bello justo capti verè & propriè servi & ancillæ sunt Christianorum

jure Talionis, quamdiu capti in infidelitate perseverant.

Verùm iste discursus probat quidem, Ismaëlem natum esse servum, seu conditione servili affectum, misimè tamen probat, eundem adhuc servum esse, & talem sine injuria appellari posse; quamprimum enim baptisma suscepit, & sic Christianus effectus, libertatem est consecutus abolitâ omni servitutis notâ, ut docet omnium sententia, & universalis praxis, fundata in honore & memoria libertatis filiorum Dei, qua Christus omnes, quibus per Sacramentum baptismi applicantur merita ipsius, ac aperitus janna in Ecclesiam DEi, in distinctè donavit.

Ecc 3

TI.